

103 Dis. III. Part. III. an totū disting. à suis part. 104

positum formaliter, maximam in genere Physisco præfert unitatem.

Ad decimā quartā.

Ad decimā quartā. Dicito quod totum includat formaliter materiam, & formam in illam tertiam Entitatem transfactas, & per consequens nihil addat supra illas, bene tamen supra illas unitas, id est diversa est entitas, dum partes sunt transfactæ, & dum sunt tantum unitæ; dum enim sunt solum unitæ, non adhuc est totum; at quando sunt transfactæ, tunc est totum. Ex quo patet Responsio ad Confirmationem: humanitas enim aucthom nō est aliud, quām materia, & forma, non quidem unitæ tantum, sed & transfactæ.

Ad decimā quintā.

Ad decimā quintā. Responde in destruccióne hominis perdi non modo uniuersum partū, sed & earum transfactionem, & per consequens illam tertiam entitatem, quā homo formaliter est homo: seu perdi formam totius, idēque in eius generatione acquiri formam totius.

Ad decimā sextā.

Ad decimā sextā. Dic senarium non modo esse sex unitates unitas, sed etiam transfactas in illam tertiam entitatem, quā dicitur senarius numerus. Deinde illud exemplum de senario, est de composito per aggregationem: at in præsenti est sermo de composito Physico substantiali, & essentiali, quare non est ad propositum? Respondent alij quod licet senarius numerus includat sex unitates particulares, & unam totalem, que scilicet est ipsum totum; non sequatur tamen quod sex sint septem, quia numerus accipit solum variationem ex unitatis particularibus, non autem ex unitate, quā est totum.

Ad decimā septimā.

Ad decimā septimā. Nego antecedens & eius probationem; nam effectus formæ non est in ordine ad materiam, loquendo de principali effectu, & de effectu ut quod. Item nec effectus materiæ est ad formam, sed ad compositum; nam quando forma tribuit aliquem effectum materiæ, est in ordine ad compositum. Idem dicit de materia, uiliu[m] enim, & complete sunt vera causa compositi in fabro esse; quare ne quidem unitæ erunt ipsi summet formale compositum, seu prædicta tercia entitas.

CLYPEVS QVARTVS.

Respondeatur in fauorem Thomi Baruni rationibus Scotisticis.

*Num. II.
Solvuntur
rationes pro-
bantes totū
distingui ē
sui partibus
ante opus
intellexisse.
Ad primū.*

Poterit quispiam fundamenta Scotistarum sublequent modo concutere. Dicendo ad primum Aristotelem loqui de numero formaliter sumpto, dicitque formalem senarium numerum non componi ex tribus, & tribus formaliter sumptis, sed tantum materialiter consideratis, id est ratione suarum unitatum, seu quod numerus senarius non sit duo individua ternarij, quod est verum. Idem dic de syllaba Ba, quæ non est B & A. formaliter sumpta. Ad aliud de lib. 8. Metaph. Dic loqui Aristot. de partibus non unitis. Item substantiam Physiscam diuidi in materiam & formam non unitas, & compositum, quod utramque unitam importat,

Ad secundū. Ad secundū. Dic ad minorem partes unitas in recto non ordinari ad ipsum totum, sed esse ipsummet totum; at unitas in obliquo ordinari ad ipsum totum. Sicque ab ipso distinguiri per partes unitas in recto intellige, quando sic v. g. proferuntur, materia, & forma unitæ, sunt ipsum totum, & formaliter, & hoc est verum: at si dicatur, materia cum forma, aut forma cum materia, seu unita materia, est totum, hoc est falsum; in hoc enim sensu importatur, seu significatur, quod forma exercendo suam causalitatem circa materiam, & materia circa formam ordinantur ad constitutionem totius, sintque eius causa: cum vero dicitur: materia & forma unitæ, nulla tunc significatur causalitas, ergo sunt ipsumsum totum.

Ad secundū.

Ex quo etiam patet Responsio ad tertium.

Ad quartum vero dicent esse discrip-
tionem inter totum Physicum, & totum per aggrega-
tionem, quod partes huius totius non se habeant per modum actus, & potentia, at partes totius Physici se habeant per modum actus, &
potentia, & per consequens efficiant unum per se substantiale, quod non præstat totum per ag-
gregationem. Ad confirmationem Responde-
bitur, quod licet utrumque totum nihil sit aliud
quam sive partes unitæ, non desinat aliunde in-
tercedere magnum discrip-
tum, nempe quod to-
tum per accidens solum dicat coacervationem
partium potius per modum contigui, quam
continui; at è contra totum Physicum; Rur-
sus totum Physicum habet maiorem uniuersum,
& maiorem proportionem.

Ad quartū.

Ad quintum. Respondent aliqui, quæ con-
ueniunt toti, conuenire etiam partibus simul
sumptis, & unitis in recto. Alij dicunt ad ve-
rificationem contradictionis sufficere dis-
tinctionem rationis ratiocinatæ, & ob id to-
tum dici generari, non vero partes etiam uni-
tas.

Ad quintū.

Ad sextum. Dicent ex illo argumento tan-
tum inferri, quod differentiae partes unitæ à com-
posito in modo loquendi, & modo concipiend-
i, diversas autem modus concipiendi variat
locationem, non tamen est necesse ut variet en-
titatem; & proprieat licet totum dicatur com-
poni ex partibus, partes vero non componi ex
partibus; attamen non debet ex hoc inferri,
quod totum sit diversa entitas à partibus unitis,
sed solum quod habeat diversam conceptibili-
tatem.

Ad sextū.

Ad septimum. Nega maiorem, nam to-
tum uniuersale continet suas partes tantum po-
tentialem; animal enim continet rationale, &
irrationale potentialem: at totum Physicum
continet suas partes transfactas actualiter, & for-
maliter, imo nihil est aliud, quam prædictæ
partes. Ceterum licet in hoc conuenirent to-
tum uniuersale, & essentialis seu Physicum, at-
tamen in multis alijs dicerentur differre; unum
enim est Metaphysicum, aut Logicum, & aliud
Physicum: unum est potentialem, & aliud
actuale, &c.

Ad septimū.

Ad octauum. Dicent totum diuidi in partes
non unitas, unde non erit illæ partes, aut etiam
potest negari maior, nam dominus diuidit in
fundamen-

Ad octauū.